



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Quinam sunt pauperes sancti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DIE ELEEMOSYNA:

Quinam sunt pauperes sancti.

Hieronymus in epistolam ad Galatas cap. 1.
Tantū ut pauperum memores essemus &c.
Sancti pauperes, quorū p̄cipue ab apostolis Paulo
& Barnabē cura mandatur, hi sunt, qui ex Iudeis
credeant, præcia possessionū suarum ad pedes apo-
stolorum deferebant e gentibus largienda, uel quia
contribulibus, cognatis, & parentib⁹ suis q̄si deser-
tores legis, & in crucifixum hominē credentes, dete-
stationi & piaculo ducebātur. In horum ministerio
sanctus apostolus Paulus quanto labore sudaue-
rit, epistolæ eius testes sunt, scribentis ad Corinthios, & ad Thessalonicenses, & ad omnes gentium
ecclesiias, ut præparat munus hoc per se, uel per ali-
os qui eis placuerint, Hierosolymam deferendum.
Vnde nunc confidēter dicit, q̄ etiam sollicitus fui fa-
cere hoc ipsum. Possunt autem & alio genere paupe-
res accipi, de quibus in euangelio dicitur: Beati pau-
peres spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælo-
rum. Merentur quippe tales in memoriam esse apo-
stolorum, Necnon & illi pauperes, de quibus in Sa-
lomone scribit. Redēptio uiri aīæ propriæ diuitiæ.
Hiero. in Michæā cap. 3. Apostol⁹ Paulus q̄ altari
inḡ seruiūt, & de altari participat, & uiuūt. Per-
mittitur tibi o sacerdos, ut uiuas de altari, non ut
luxuries. Boui trituranti os non clauditur. Scimus
ista, & tamen licentia hac Apostolus non abutitur,
& habens uictum, uestimentumque contentus est,
nocte & die laborat manibus suis, ne cui grauis
sit, & iurat in epistolis se sancte, & sine auaritia
in Christi euangelio conuersatum, & non solum

E iiiij

DE E L E E M O S Y N A.

de se, sed de discipulis quoque suis hoc ipsum asse-
xis, quod nullum miserit, qui ab ecclesijs, aut posset
aliquid, aut uellet accipere. Si autem gratulatur in
quibusdam epistolis, ut mittentium munera bene-
volentiam dei appellat, non tam sibi congregat quā
pauperibus sanctorum, quæ erant in Hierusalem.
Sancti aut pauperes, hi erant in Hierusalem, q. pri-
mum in Christo crediderant de Iudæis, & proiecti
à parentibus & cognatis atque affinibus suis, tam
possessiones, quām uniuersam suppellecilem, sa-
cerdotibus templi ac populo uastante perdidérant.
Si tales pauperes sunt, accipient. Si autem sub occa-
sione pauperum paucæ ditantur domus, & in uistro
ac uase fictili aurum commedimus, aut cum thesau-
ris mutemus & uestes, aut pauper habitus non que-
rat diuitias senatorum: Quid prodest circa collum
ad abstergendos sudores linteolum non habere. qd
iuuat εε μοιο χιτώνα, & preferre habitu paupertatē,
cum marsupium nostrum uniuersi pauperum tur-
ba suspiret, Propter hoc, causa nostri: qui tales su-
mus, qui Sion & dificamus in sanguine, & Hierusa-
lem iniquitate, qui iudicamus in muneribus, q. mer-
cedibus respōdemus, q. in pecunia diuinam, & sup
hoc si etiam nobis sanctimoniam uendicantes dici-
mus, non uenient super nos mala.

*Etiam corpore ualidis & sanis, tamen pauperibus
distribuendum.*

Beda super Lucam: Pauperes & debiles, & cæ-
ci & claudi uocant & ueniunt. Si non sic uelit
euangelium de pauperibus, cur Paulus & Bar-